



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 1000. Usque Ad Annum 1063

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1761

VD18 90117956

§. 68. Maugerus Archiepiscopus Rotomagensis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66323](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66323)

nam & Leonem Papam, cujus Fides & Sæculum XI.
 integritas morum omnibus erat perspe- A.C. 1050.
 cta, Hæresis argueret. Dicere enim non
 erubescerat, se ad illud tempus respon-
 sionem differre, quo Papam & Romanos
 in Concilio Vercellis proxime celebra-
 do erroris convictos teneret.

§. LXVIII.

*Maugerus Archiepiscopus Rotoma-
 gensis.*

Illa tempestate Sedem Rotomagensem *Gest. Guil.*
 tenebat Maugerus, Richardi II. Ducis *Duc. p. 194.*
 Normanniæ filius, & Successor Roberti, ^{195.}
 patris sui, cujus vitæ licentiam imitatus, *Hist. Norm.*
 & voluptatibus immersus, pejus egit, *Order. Vi-*
 Bona Ecclesiæ suæ dissipans. Nihilomi- *tal. l. 5. c. 4.*
 nus hoc circiter anno millesimo quin-
 quagesimo cum duobus Suffraganeis Hu-
 gone Ebroicensi & Roberto Constanti-
 nensi Concilium celebravit, in cujus
 exordio de malorum Principum moribus
 (quippe inter Maugerum & Guilielmum
 Ducem ipsius Nepotem jurgia interce-
 debant) conqueritur. Novemdecim Ca-
 nones conditi. In secundo illi vitupe- *to. 9. p. 1047.*
 rantur, qui munera Principibus aut eo- *c. 2.*
 rum Clientibus offerentes Episcopatum
 ambiunt. Prohibentur Translationes
 Episcoporum, damnato futili illo præ-
 textu, ex illo S. Scripturæ loco captato, *c. 3.*
 ubi Apostoli ad persecutionem evitan-
 dam

sæculum XI. dam ex una civitate in aliam transire ju-
A.C. 1050. bantur. Diversa Simonix genera pro-
 hibentur, atque Episcopis & Clericis, ne
 ullus alterius jus lædat, interdicitur. In
 ultimo Canone statuitur, ut Neobapti-
 zati integro octiduo vestibus candidis
 induti cum cereis ardentibus Ecclesiam,
 in qua Baptismum acceperunt, & cujus
 Parochiani sunt, adeant. Nimirum su-
 pererant adhuc Normanni pagani, quo-
 rum aliqui omni tempore convertaban-
 tur. Quamvis id etiam de infantibus
 accipi possit.

§. LXIX.

Concilium Vercellense.

Lanfr. c. 4. Synodus Vercellensis, ut præstitutum
 fuerat, mense Septembri eodem anno
 millesimo quinquagesimo, Leone Ponti-
 fice præsidente, Episcopis ex diversis
 Provinciis confluentibus, celebrata. Be-
 rengarius vocatus non venit. Sed adfuit
 Lanfrancus, a tempore Concilii Romani
 huc usque a Papa detentus. In Vercel-
 lensi Joannis Scoti liber de Evcharistia
 lectus est, damnatus & flammis (*) tra-
 ditus, sententia Berengarii exposita ac
 damnata. Duo Clerici, qui se Legatos
 ejus dixerunt, cum vellent eum defen-
 dere,

(*) Istud in Epistola Lanfranci, ut in Act.
 Conc. refertur, non lego.